



Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Calvinus & Beza) vel ad sua placita stabilienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmanda ...

In Epistolam B. Pauli ad Romanos

Stapleton, Thomas

Antverpiæ, 1595

26. Nonne præputium illius in circuncisionem reputabitur?

urn:nbn:de:hbz:466:1-39447

Iustitiæ partem, eius videlicet incrementum, bonis operibus decidi. Nec sophistæ sed orthodoxi sunt (nisi etiam Augustinus sophista est) qui operum iustitiam ex his Apostoli verbis manifestè concludunt. Duo isti arietes (Calvinus & Beza) hunc locum lædere non potuerunt.

26. Nōne præputium illius in circumcisionem reputabitur?

DOcet hoc loco Apostolus, Circumcisionē Sola fides non sufficit. quidem prodesse si legem obserues: id est, esse re Iudæum, & de illo pœculio Dei, cuius signum est circumcisio, multū prodest, si mandata legis obseruas. Sic baptismus & professio fidei Christianæ prodest, si legem & mandata Dei seruamus. Si autem præuaricatores legis sumus, circumcisio Iudæis præputium, & baptismus nobis gentilitas prophana facta est, id est, perinde cum illis & nobiscum agetur, ac si nec illi circumcisi nec nos baptizati essemus. Quinimo si præputium, vel Gentilis aliquis & infidelis, seruet legem, moraliter scilicet, & secundum substantiã actus moraliter boni, præputium illius in circumcisionē reputabitur, id est, censebitur ipso circumciso melior, non absolutè (quia fide caruit) sed in comparatione quadam, quatenus quoad opera præferendus est, & quatenus per illa opera condemnabit Iudæum non operantem, sicut Christus in Euangelio dixit: *Viri Luc. 11.*
Ninini &